

hoc est ordinatum. Reservatio enim ad habentes jurisdictionem Episcopalem pertinet, secundum ius, & non ad Guardianos, q̄ Curatis comparatur, quibus Ius Canonicum reservationem minime commisit.

2 ¶ Clemens. 8. año Domini. 1593. mense Maij, cunctis Regularibus per publicum Breve infra scriptos casus reservados fore præscripsit.

¶ Primum est, veneficia, in cantationes, sortilegia.

¶ Secundum est, Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo pervenerit, vt extra septa Monasterij seu Conventus fit transgressio.

¶ Tertium est, nocturna ac furtiva à Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi, facta.

¶ Quartum est, proprietatis contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

¶ Quintus est, lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

¶ Sextus est, occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio alicuius personæ.

¶ Septimus est, malitiosum impedimētum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superiori-